ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 43r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ut suscipiant liberos. si post conceptum desistunt; Istę enim
quae argui uidentur incesti. ut adeptęs conceptum. ultra
non accedunt ad concubitum uiri, Nonnullę uero mulieres.
neq; enim uniuersas parit notamus. sed sunt quae
dam quae sic animalia absq. ulla discretione in
desinent libidini seruiunt. quas ego nec mutis pecu
dib; comparauerim, Pecora enim et ipsa sciunt cum
concoeperint ultra non indulgere marib. copulam
sui; notat tales et scriptura diuina cum dicit. No
lite fieri sicut equus et mulus. in quib; non est intellectus.
et iterum. equi admissarii facti sunt; sed uos o populus
dei. qui xpm amatis. in incorruptione Intelligite apli
sermonem quo ait; siue manducatis. siue bibitis. siue
aliud quid facitis. omnia in gloria dei facite,
Quod enim post manducare et bibere dicit. siue
aliud quid facitis. In uerecunda coniugii ne
gotia uerecundo sermone signauit. ostendens
etiam ipsa ad dei gloriam geri. si posteritatis
solius contemplatione procurentur; Prosecuti
sumus ut potuimus. uel de culpis loth. ac filiarum
eius. uel rursum de excusationib; eorum; uerum
scio nonnullos. quantum ad allegoriam
pertinet. loth traxisse ad dni personam. et filias
eius ad duo testamenta; sed hęc quisciat